Lit. L. 1823 # 1710. d. 18. Martij

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kijoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeque necnon Haereditarius Dux Saxoniae Et Princeps Elector.

Generosis Francisco Goltz Srzedensi, Stanislao Mrocki Zakroczymensi Capitaneis Nostris Valeriano Kicinski Supremo Thesauri Nostri Notario Commissarijs ac Revisoribus Nostris Generalibus Oeconomiarum Nostrarum necnon Nobili Waygelewicz Tenutae Kozieniecensis Administratori Fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi Fideliter Nobis dilecti. Relatum accepimus qualiter Fidelitates Vestrae circa receptionem Bonorum Tenutae seu Capitaneatus Kozieniecensis Bona quaedam et fundos Dombrowki vocitatos in possessione Reverendi in Christo Patris D. Alexandri Wydowski Episcopi Luceoriensis et Brestensis uti Abbatiae Sieciechoviensis Perpetui Administratoris existentes attento ultimo eorundem juri Nobis monstravit violento statu Eadem Bona et fundos ademisse et Tenutae Kozieniecensi adjunxisse. Quod cum in praejudicium jurium et Privilegiorum Serenissimorum Regum Antecessorum Nostrorum, signanter Joannis Casimiri. Joannis III. Abbatibus Sieciechoviensibus et Monasterio Eidem confirmatorum esse dignoscatur. Ideo ad supplicationem praefati Reverendi in Christo Patris D. Episcopi Luceoriensis Abbatis Fidelitatibus Vestris committendum esse duximus, committimusque per praesentes, quatenus seriam et diligentem in praemissis faciant investigationem, et si comperierint, quod Regnante Serenissimo Joanne Tertio piae memoriae Antecessore Nostro dicta Bona et fundi in possessione Abbatis et Monasterij Sieciechoviensis existebant. Eadem sine ullis dilationibus Eidem Reverendo in Christo

Patri D[omi]no Episcopo Luceoriensi Abbati Mechovien[si] seu
Ejus legitimo Plenipotenti tradant. Factum [...] praemissa;
Fideles V[est]rae pro Gratia Nostra et absentia [...]im non obstante
modo Unus ex Fidelibus V[estri]s adsit. D[atum] [...] Varsaviae
Die XVIII mense Martii Anno Dom[ini] [...]CCX
Regni [...]

Augustus Rex

Michael [...] Holwel
S[acrae] R[egiae] M[aiesta]tis [...] Regni Lithuaniae
[...]

Patri D[omi]no Episcopo Luceoriensi Abbati Sieciechoviensi, seu Ejus legitimo Plenipotenti tradant. Facturi pro mensa :

Fideles V[est]ræ pro Gratia Nostra et absentia plurium non obstante modo Unus ex Fidelibus V[est]ris adsit. Dabantur Varsaviæ Die XVIII mense Martio Anno Domini MDCCX

Regni nostri Anno XIII°

Augustus Rex



Michael Augustinus Holovel

S[acræ] R[egiæ] M[aiesta]tis Sigilli Regni Lit[uani]æ

Reg[ent]

Ad oblationem Perillustris et Adm. R. Alexandri Do
maradzki Canonici Camenecensis Literae intro Conten
tae Traditionis Dembrowski in Acta Castrensia
Castr. Capit. Varsaviensia Feria Quinta post
Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini
1710. sunt suscepta et in eadem Acta ingrossatae

1710. mar 18
Reliquit [illegible] do
[illegible] Dambrowsk

N° 26.

810.